



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvaci, 1625**

De bona custodia cordis & oris. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

cuit, & sancto exemplo suo sequendam omnibus præostendit, hanc omnes sancti secuti sunt vsque ad mortem, iuxta illam Domini sententiam: *Intrate per angustam portam, que ducit ad vitam* O monache, quid facis in cella? Lego, scribo, colligo mella. Hæc animæ meæ solatiæ. Bene dixisti. Nam cella monachorû, in labore & studio librorum flagitare debet.

In choro.

2. O clerice, quid facis in choro? Lego, canto, crimina ploro. Rectè respondisti. Nam chorus clericorum, in canore & iubilo psalmodiarum occupari debet; & Deum corde & ore laudare, sicut angeli in cælo. O religioso, quid edis in mensa? Fel Christi, vulnera penso. Condoleo, numero, per singula vulnera ploro. Iulle & optime pensasti. Nam mensa egenorum, in mœrore & fletu dolorem Christi versari debet, & Deo regrariari. O deuote, quid bibis in cœna? Bona dogmata, nectare plena. Rectè respondisti.

In mensa.

Nam cœna deuotorum, in sacra lectione & sensu verborum delectari debet. Nonne anima plus est quam corpus? Si sapit bonus haustus in ore, multo melius sapit bonus intellectus scripturæ in corde.

In cœna.

3. O deuote, quid bibis in cœna? Bona dogmata, nectare plena. Rectè respondisti. Nam cœna deuotorum, in sacra lectione & sensu verborum delectari debet. Nonne anima plus est quam corpus? Si sapit bonus haustus in ore, multo melius sapit bonus intellectus scripturæ in corde.

Mat. 6.

### CAPVT II.

*De bona custodia cordis & oris.*

Psal. 38.

1. **D**ixi, custodiam vias meas; ut non delinquam in lingua mea. Numquam sis otiosus, nec verbosus, nec curiosus, nec cachinnosus. Ante laborem & in labore memor sis Domini Dei tui, ut te custodiat. Semper inter hostes versaris, & inter pericula maris fluctuas: ideo incessanter orandum est, ne vincaris à vitis, & in profundo malorum desperando submergaris. Sta firmiter, & nolis deficere in quotidiano certamine, & à tribus bestijs maxime caue.

Aduer sus  
tres bestias  
depugnandum.

2. Mane certa contra acediam, meridie contra gulam, vespere contra carnis lasciuiam. Canis vult diu dormire, lupus vult multum comedere, asinus vult in strato lasciuire. Canem excita virga, lupum percutere baculo, asinû flagella spinis acutis. Virga est timor mortis, baculus est ardor inferni, spinæ passio Christi, & sanctorum martyrum cruciatus. His tribus armis vincuntur vitia carnis.

### CAPVT III.

*De frequenti inuocatione nominis Iesu & Maria.*

Psal. 118.

1. **A**diua me, & saluus ero. Stude Deum inuocare in omni opere, mane, meridie, & vespere cum sancto Daniele, & iuaberis in omni necessitate corporis & animæ. Iesû habe in corde, & eris mundus ab omni forde. Sit aue Maria sepe in ore, & repleboris